

/ Admodum Reverende Pater,

Accepi literas R.V. mihi multis nominibus gratissimas. Accepi simul et librum plenum eruditione, plenum pietate. Unum moleste tuli, quod R.V. ad me scribit quasi ad ignotum, cum fratres in 5 Christo simus. Librum R.V. nondum totum perlegi, quoniam angustiiis temporis in hac Urbe undique premor: sed ex ea parte, quam legi, coniecturam de aliis partibus facio: et quemadmodum admiror gravitatem, et acumen, et facilitatem orationis R.V. sic stomachum quasi movit garrulitas biliesi senis, quem non pudet nihil dicendo 10 tam multa effusire. Utinam aperiat illi Deus oculos mentis, ut vel in hora undecima recipiscat. Oro ex corde Deum, ut tam bonum operarium, qualem esse intelligo R^{dum} Patrem Adamum Contzen, Ecclesiae suae et Societati nostrae diutissime servet incolumem. Vale Pater optime, mei memor in sanctis precibus et sacrificiis suis.

15 Roma, die 21 Martii 1613.

R.V.

frater et servus in Christo

Robertus Card^{lis} Bellarminus.

Admodum Rev^{do} Pri Pri Adamo Contzen, Societatis Iesu.

20

Moguntiam.

(cachet pap)